Item supplicano li dicti sindici et inbaxiaturi a la dicta vostra regia Maiesta impero hi la dicta aliama usa mandare prisioni alcuni Iudey per colta et gisij ed altre cose necessarij ad ipsa et usano de non pagare per persona excepto grana dui et meczo per homo e hora noviter lo presioneri voli di chascuno Iudeo hi va presioni per la dicta aliama grana duodeci e quando dormi viintidui. per tanto sia vostra merci di providiri et comandari chi de cetero tucti quilli Iudey chi vanno in prexone per fucti di la Iudeca per colli o gesia o cabelli di la dicta Iudeca o per castro mandari per la dicta Iudeca o soi officiali tanto proti quanto altri Iudey che non digiano pagare excepto grana dui e meczo per homo chi lo presonero non possa adimandare nin pillari plui di li dicti grana dui e meczo—Regia maiestas mandat viceregi sicilie ut non permictat quod solvatur nisi prout hactenus fuit consuetum.

Item imperochi en la dicta citati di palermo chi sono alcuni algoczirij porteri monteri chi vanno buscando circando li debiti di li dicti aliama e pillano licencia delli loro crediturj per mectiri in presoni li proti di la dicta aliama ei obligati per ipsa per piglar di chasquiduno lo algoczirio tari dui et li porteri et li monteri tari unu et a questu in grandi dumpnu et preiudiciu di la dicta aliama che semprimay che e costructa ab anti tempo in li soi debiti per occaxuni di li dicti algoczirij porteri munteri. pertantu li dicti sindici humiliter supplicano la dicta vostra real maiesta che sia vostra merci di providiri in benestato di la dicta aliama et comandari chi de cetero tucti algoczirij porteri o monteri che mectanu in prisoni ai proti di la dicta Iudeca obligati per ipsa chi tal algoczirj oy porteri o monteri non digia non possa non valla pillare per suo pagamento excepto grana cinco per uno homo et cussi la dicta aliama verra a reposar de loro non stant chi la usansa est de pillari plui — Regia maiestas providit et mandat sub incursu pene unciarum centum dictis algoczirijs porterijs et monterijs quod pro dicta capcione et in carcerem posi-

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

cione non accipiant nec accipere possint nisi scilicet algoczirius decem grana et porterius vel monterius sex grana et mandat officialibus quod hoc faciant observari.

Item supplicano li dicti sindici per parte di la dicta aliama pero hi in la sinagoga di la dicta aliama non si dichi altru excepto oracioni a deu chi sia de vostra merci consentiri e torgari a la dicta aliama hi la dicta sinagoga possa et valla gaudiri et usari tucti preheminencij e ligi che gaudino et usan li yglesie et maxime infraquicza et ligati hereditarij chi su et sarranno legati lassiti per alcuni Iudey et quistu sintenda per lo passatu et per da venire—Placet regie Maiestati quod pro legatis pijs dicte sinagoge relictis pro dei amore vel pro pauperibus gaudeant franquitate prout ecclesie christianorum gaudent et consueverunt.

Item supplicano li dicti sindaci a la vostra regia magestati imperohi in la dicta aliama su multi donni pobri et campano in lo far de lo pani e li officiali di la dicta citati non obstanti che la dicta aliama hagia provisioni et comandament de la gloriosa memoria el re don alfonso hi tucti li Iudei pagando la cabella di lu pani lu possan fari et vindiri a li dicti officiali vetant et non le lassano fari. pertanto supplicano humiliter hi sia di vostra merci a li dicti officiali comandari cum pena hi de cetero non digiano vitari a li dicti Iudei de non fari pane et vendre ymmo decavanti tucti li Iudei possano et vallano pagando la cabella di lu dictu pani di fari lo dicto pane et vendi a tucti a quelli hi indi volino comprari di loro—Regia maiestas mandat dictis officialibus sub pena mille florenorum Regie curie applicanda quod dictum privilegium bone memorie regis alfonsi servent et servari faciant iuxta sui seriem et tenorem et super his mandat fieri licteras oportunas.

Item supplicano li dicti sindici humiliter a la vostra sacra maiestati per parti di la dicta aliama chi sia vostra merci de concidir et alorgar a la dicta aliama e soi Iudei hi possano e vallano gaudire et usare lo privilegio et la ligi di lo recaclament cussi comu lusan li christiani di la dicta citati non stante la consuetude di la dicta citati—Placet regie maiestati de domibus que erant et sunt Iudeorum. quas possint reddimere propincus vel vicinus Iudei non obstante dicta consuetudine hoc tamen sine preiudicio iurium regiorum.

Item perochi in la dicta aliama di palermo hi esti una casata nominata la casa di maestro ysach de medico li quali erano medici e inpetraro una lictera de franquicza contro la dicta aliama e a lo presenti la dicta casata pocho che son familiaritati e arte de medi-

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

cina ymo la mayor parte sonno merchieri sastri carpinteri et affanaturi et volenu usari franquicza contra la dicta ludeca non solamenti per luso loro ymo lorsan eciam in tucta loro mercancia. cossa chi non la yglesia ni eclesiastico chi de iure sono franqui non usanu tali franquicza chi le eclesie e ecclesiastici non usano franquicza excepto per loro uso franchi e la dicta casata voli usari franquicza in tucti loro mercancij e quisto in gran dannu et preiudicio di la dicta aliama. per tanto humilimente supplicano li dicti sindici a la dicta vostra regia maiestati che sia vostra merce providiri et mandare chi la dicta casata non digia gaudiri franquicza excepto quillo chi usa familiaritati o arti de medicina. e chi tali che usano larte dela medicina di la dicta casata non possano niu vallano usari franquicza excepto per usu loro tantum. et si facen mercancia che digien pagare la sisa dela mercancia et chi tucti li restanti di la dicta casata debeano contribuiri colla dicta aliama in tucti loro sise gabelli e pagamento che paga la dicta ludeca non stanti qualsivogla privilegij provisioni confirmacioni chi quista casata havissi—Placet regie maiestati quod gaudentes dictum privilegium non possint eo uti nec gaudere in mercancijs. quoad alia supplicata quibus personis et in quibus servari debeat privilegium franquitatis predicta regia Maiestas remictit et comictit viceregi et thesaurario regni sicilie qui viso dicto privilegio et considerata causa qua concessum est auditis quorum interest vivo verbo partibus justiciam administrent et super his mandat fieri literas opportunas.

Item imperochi lu tempu di la gloriusa memoria Re don alfonso per uno bando che havera facto en lo regno de sicilia chi non digia nullo so vasallu praticare cum florentini cum certi peni et perche alcuni gentili homini et mercanti di palermo haviano praticato contra lo dicto bando la dicta sua maiesta havia tramiso a fari processu contra loro et la universitati di sua sponta bona volla si compossi cum la dicta sua maiestati per florini octumilia et la dicta sua maiestati in la dicta sua remissioni comanda et providi che non divissiru pagar la dicta quantitat excepto quilli hi havianu passatu il mando et praticatu colli dicti florintini. et li officiali di la dicta universitati non stant tal comandamento constrinsiro la dicta aliama non essendu culpabili et carceraro li soi principali et pinyoraloli et fecero vindiri li loru pigni a lo incanto e prisoronloli circa ducentas cinquanta uncia contro deu et justicia. pertantu supplicano li dicti sindici per parte de la dicta aliama che sia vostra merce de comectire la dicta causa a li iudichi di la regia gran curti e a li iudichi di li mastri racionali che summarie di-

giano audiri a la dicta Iudeca e universitati et si de iusticia la dicta Iudeca chi digian essiri tornati li dicti dinari hi in continenti siano constripti li dicti officiali de la dicta universitati di tornari a la dicta Iudeca—Regia Maiestas comictit negocium in dicto capitulo contentum magistris racionalibus regni sicilie qui partibus auditis super predictis iusticiam faciant quibus mandat fieri commissionem opportunam.

Item supplicano humiliter li dicti ambaxiaturi a la vostra regia Maiestati imperohi uno Iudeo de la civitati de palermo nomine salamon de liczo in vituperio e vergogna de la dicta aliama di palermo fa uno fundacu seu hostal in lo camino di la senegoga di la dicta aliama undi tota la dicta aliama e loru mullere passanu di iornu e di nocti quando vanno a la dicta senagoga. pertanto supplicano che sia vostra merce consentir la dicta aliama che lo dicto fundaco che non se facza et comandar si facto lu havissi che lu digia guastare e che in tal locu non si facza fundacu. et maxime chi ia si fu circa anni dechi che lo dicto salamon havia temptatu de fare lo dicto fundaco e li officiali di la dicta civita di quillo anno lu iniunsiro sub certa pena che in tal loco non divissi fare lo dicto fundaco et per favore che lo dicto Iudeo appi lo anno passato contra iusticia fu revocata la dicta iniuncioni et foli datu licencia de farlo—Placet regie maiestati quod nullo modo in eadem domo edificetur fundacus et quod si dictus salamon facto et mandato per officiales urbis panormi aliquid ultra operatus fuerit illud ad pristinum reducatur statum non obstante dicta revocacione.

Item supplicano li dicti sindici a la vostra sacra maiestati per parte di la dicta aliama a tal hi li provisioni di li presenti capituli concessi per la vostra alta maiestati a la dicta aliama in loro provisioni siano observati acceptati et usati sia vostra merce chi a tutti li dicti loru provisioni di li presenti capituli a tucti li officiali di lo dicto regno ecclesiastici et seculari cum gran pena che li digano observari et usari et acceptari tucti li provisioni di li presenti capituli concessi a la dicta aliama per la dicta sacra maiesta. ut altissimo vi conserva—Regia maiestas mandat suis officialibus et subditis suis sub pena unciarum mille requirit et exortat prelatos ecclesiasticas personas ut servent concessa et provisa in dictis capitulis per ipsam regiam maiestatem et non contraveniant nec contraveniri permictant et super his mandat fieri literas opportunas — Cupientes igitur ut capitula ipsa et unumquodque eorum iuxta illorum decretaciones responsiones firma et valida

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

existant ad humilem supplicacionem vestri dictorum annunciatorum capitula preinserta et unumquodque illorum secundum et iuxta decretaciones seu responsiones positas scienter deliberate et consulte tenore presentis concedimus approbamus laudamus ratificamus et confirmamus nostre confirmacionis laudacionis approbacionis ratificacionis et confirmacionis munimine roboramus. Et ita exortantes per presentes reverendos archiepiscopos episcopos abbates prelatos et eorum vicarios generales et officiales et personas ecclesiasticas Spectabilibus magnificis nobilibus consiliarijs dilectis et fidelibus nostris viceregi regni nostri sicilie seu in regimine dicti regni presidenti nec non magistro iusticiario et eius locumtenenti iudicibus magne regie curie magistris racionalibus magistro portulano thesaurario et conservatori secretis vicesecretis straticoto capitaneis rectoribus iudicibus iuratis ceterisque demum universis et singulis officialibus et subditis nostris in dicto regno constitutis et degentibus et signanter capitaneo pretori iudicibus iuratis probis hominibus et secreto dicte urbis panormi dictorumque officialium locatenentibus presentibus et futuris tradimus firmiter in mandatis districtius et iniungentes sub incursu nostre indignationis et ire ac pena decem millium florenorum auri de bonis cuiuslibet contrafacientis exigendorum et nostris inferendorum erarijs quatenus capitula super inserta et contenta in eis iuxta responciones et decretaciones in fine uniuscuiusque eorum appositas et descriptas et huiusmodi nostram concessionem laudacionem approbacionem ratificacionem et confirmacionem ac omnia et singula contenta teneant firmiter et observent teneriqne et observari per quos decet inconcusse faciant prout supra continetur et in nullo controveniant quocumque motivo colore seu causa. in quorum testimonium presens privilegium fieri nostro comuni sigillo negociorum sicilie inpendenti iussimus communiri. Datum barchinone die vicesimo primo decembris octave indicionis anno a nativitate domini. m ccc lvnt regnique nostri navarre anno tricesimo quarto aliorum nostrorum anno secundo. Iohannes Rex Dominus rex mandavit mihi Iohanni Navarro visa per locumtenentem thesaurarij generalis et petrum torrellas pro officio Conservatoris Sicilie.

Propterea volentes ut tenemur Regijs obedire mandatis vos prelatos et ecclesiasticas personas requirimus et ortamur vobisque alijs dicimus et mandamus expresse quatenus eisdem Iudaycis et Iudeis provisionem Regiam preinsertam et omnia et singula in ea contenta exequamini tenacius et inviolabiliter observetis ac teneri et observari per quoscumque facialis iuxta ipsius seriem et conti-

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

neuciam pleniorem contrarium nullatenus temptaturi sub penis superius expressis non obstante quod sit elapsus annus in quo non fuit facta executoria dicte provisionis quum non ex negligencia ipsarum Iudayearum sed certo impedimento non fuit expedita dicta executoria infra annum. Dat. panormi die x mensis Ianuarij xv Indictionis. Lop ximen durrea.

vidit christofarus.

Dominus vicerex mandavit mihi Iohanni de crapanczano et vidit eam christofarus.

R. Conservatoria di Registro, Vol. 46, pag. 18.

CDXCVII.

Palermo, 10 Gennajo 1467. Ind. XV.

Il vicerè Ximen Durrea fa eseguire una lettera di re Giovanni, data da Barcellona addì 5 agosto 1460, colla quale ordina che sia concessa l'esecutoria ai privilegi ottenuti da Jacob Abelladep e Abram Azara a favore delle giudaiche di Sicilia.

Ioannes etc.

Vicerex etc. Magnifico et nobili eiusdem regni magistro iusticiario locumtenenti iudicibus magne regie Curie magistris racionalibus thesaurario et conservatori regij patrimonii ceterisque alijs officialibus et personis ad quos spectabit et signanter capitaneo pretori iudicibus et iuratis felicis urbis panormi consiliarijs et fidelibus regiis dilectis salutem. Cum idem serenissimus dominus noster rex providerit et mandaverit sub hac forma. Ioannes dei gracia rex aragonum sicilie navarre valencie etc. spectabili magnifico et nobili eiusdem regni nostri sicilie viceregi magistro iusticiario eidemque in officio locumtenenti iudicibus magne nostre curie magistris racionalibus thesaurario et conservatori nostri Patrimonij ceterisque alijs officialibus et personis ad quos spectabit et signanter capitaneo pretori iudicibus et iuratis nostre felicis urbis panormi conservatori et fidelibus nostris dilectis salutem. Meminimus infra presen-

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

tem annum cum ad nostram adhibeant (*sic*) maiestatem fideles nostri abraam azara et iacob abeladep ludei de dicta nostra urbe licet fuerunt destinati tamquam ambaxiatores pro ludaica eiusdem urbis tamen pro ludaycis totius regni supplicarunt ut eis mandavimus virtute quorum omnes quascumque provisiones nec non privilegia et rescripta eisdem ludaycis indulta tam per summos pontifices quam per serenissimum et invictissimum dominum regem alfonsum fratrem et immediate predecessorem nostrum, prout melius et plenius in possessione et exercicio eorum pro preterito ludei seu ludayce predicte regni nostri predicti steterunt et usi fuerunt, confirmavimus ac certas gracias de novo concessimus prout in eisdem capitulis et provisionibus hec et alia latius continentur et ut noviter informamur cum ipsa capitula et provisiones predictas in ipso regno quibus vestrum spectabat presentaverunt vos predicti officiales nostri aut aliqui vestrum dicta capitula et provisiones moderare et astringere mandastis seu facere intendebatis in maximum dampnum preiudicium et periculum ipsorum iudeorum et iudaycarum. propterea supplicato nobis ut supra hijs debite providere deberemus volentes quia servi camere nostre sunt providimus sicque vobis dicimus et mandamus expresse quatenus dictis iudeys seu iudaycis capitula cum eorum decretacionibus et provisiones predictas iuxta earum seriem continenciam et tenorem exequamini et compleatis ac exequi et compleri faciatis nullo alio a nobis expectato mandato nec consultacione requisita cum sic fieri volumus et iubemus contrarium minime temptaturi pro quanto gracia nostra vobis cara est iramque et indignacionem nostras ac penam unciarum mille cupitis evitare. Dat. barchinone die quarto augusti anno a nativitate domini MCCCC.X. Rex Ioannes. Dominus rex mandavit mihi Iohanni Navarro. visa per locumtenentem thesaurarij generalis et petrum Torrellas pro officio Conservatoris Sicilie. Propterea volentes ut tenemur regijs obedire mandatis preintos et ecclesiasticas personas requirimus et hortamur vobisque alijs dicimus et mandamus expresse quatenus eisdem iudaycis et iudeis provisionem regiam preinsertam et omnia et singula in ea contenta exequamini teneatis et inviolabiliter observetis ac teneri et observari per quoscumque facialis iuxta ipsius seriem et continenciam plenioremm contrarium nullatenus temptaturi sub penis expressis non obstante quod sit elapsus annus in quo non fuit facta exequtoria dicte provisionis quoniam non est negligencia ipsarum ludaycarum sed certo im-

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

pedimento non fuit expedita dicta exequtoria infra annum. Dat. panormi x die mensis Ianuarij xv Indictionis. Lop ximen durrea.

Vidit christofarus.

Dominus vicerex mandavit mihi Iohanni de crapanzano et vidit eam christofarus.

R. Conservatoria di Registro. Vol. 46, pag. 11.

CDXCVIII.

Palermo, 10 Gennajo 1467, Ind. XV.

Il vicerè Lop Ximen Durrea fa eseguire un privilegio di re Giovanni dato a Barcellona addì 22 dicembre 1459, col quale a richiesta di Jacob Abelladep e Abram Azara conferma tutti i privilegi e le consuetudini dei giudei di Sicilia.

Ioannes etc.

Vicerex etc. Reverendissimis in christo patribus eiusdem regni archiepiscopis archimandrite episcopis abbatibus prelatis provincialibus inquisitori heretice pravitatis et alijs ecclesiasticis personis nec non magnificis et nobilibus magistro iusticiario locumtenenti iudicibus magne regie curie magistris racionalibus magistro secreto thesaurario et conservatori regij patrimonij ceterisque universis et singulis marchioni comitibus baronibus baronissis gubernatoribus terrarum castrorum dominis et dominabus stratigoto capitaneis pretoribus senatoribus patricijs prefectis baiulis iudicibus iuratis et alijs officialibus maioribus et minoribus presentibus et futuris ad quos seu quem spectabit et huiusmodi presentata fuerint oratoribus consiliarijs et fidelibus regijs dilectis salutem. Ecce quod pro parte fadcorum iudaycarum seu aliematarum huius regni fuit nobis noviter exhibitum et reverenter presentatum quoddam regium privilegium omni qua decet sollemnitate vallatum tenoris sequentis. Nos Iohannes dey gracia rex Aragonum sicilie navarre valencie etc. universis et singulis officialibus tam presentibus quam futuris presentis privilegij literas inspecturis et presertim reverendis et venerabilibus eiusdem regni sicilie archiepiscopis episcopis prelatis

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

et ecclesiasticis personis nec non magnificis et nobilibus in eodem viceregi magistro iusticiario locumtenenti iudicibus magne regie curie magistris racionalibus magistro secreto nec non et conservatori regij patrimonij ceterisque universis et singulis officialibus ac eciam magnificis et nobilibus viris marchioni comitibus viceccomitibus baronibus et personis alijs ad quos spectabit presentibus et futuris oratoribus consiliarijs et fidelibus nostris dilectis graciam nostram et bonam voluntatem. Adientes noviter maiestatem nostram abrum aczara et iacob abelladep sindici et nuncij iudayce nostre felicis urbis panormi et de nostri mandato nomine et pro parte omnium aliarum aliemataruum sive Iudayearum dicti regni nostri sicilie fuit per eosdem pro parte ipsorum indeorum et iudaice servorum nostre camare regni predicti sicilie insularumque meliveti et de tu gozu tam eorum et earum qui sunt subiecti nobis quam illorum et illarum qui sunt transacti in alijs varijs impignorationibus et contractibus et pariter qui subiecti sunt comitibus baronibus prelatis et ecclesiasticis personis ac alijs maiestati nostre humiliter supplicatum ut de plenitudine potestatis nostre et benigna clemencia nostra velimus eis omnia privilegia rescripta et capitula omnesque provisiones comissiones licteras et cartas tam regales quam papales vicemque gerentes ad alios officiales nec non universos et singulas constituciones ordinaciones instructiones et observancias ac possessiones tam eis concessa et concessas per retroprincipes et papas et officiales preteritos quam per eos observatas et possessas confirmare ratificare approbare et quatenus necessarie fuerit de novo concedere benigniter dignaremur. nos ita annuentes peticioni eiusdem cum nostrum erarium sint tenore presencium omnia et quecumque privilegia rescripta capitula et statuta universasque comissiones licteras et cartas ac provisiones tam regales per retro principes predecessores nostros ac universos et singulos officiales et personas alias eis concessa et concessos quam omnes bullas licteras et provisiones eis concessas per sanctissimos pontifices et alias personas ecclesiasticas ac universas et singulas constituciones institutiones consuetudines ceremonias observancias et provisiones tam scriptas quam non scriptas in quibus ipsi erant et sunt ac quibus usi fuerunt et utuntur tam pretextu privilegiorum rescriptorum capitulorum licterarum provisionum tam regalium quam papalium et pretextu consuetudinis observancie pratice et legis eorum ratificamus confirmamus approbamus et penitus acceptamus et quatenus necesse est de novo concedimus ac auctoritatem et potestatem et plenum posse conferimus et donamus quod de cetero pos-

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

sint et valeant ac unusquisque ipsorum possit et valeat libere uti frui et gaudere omnibus illis gracijs immunitatibus exceptionibus ceremonijs exercicijs honoribus prehemineneijs et iurisdicionibus ac omnibus alijs expressis in presenti privilegio et non expressis contentis et denotatis in dictis eorum privilegijs rescriptis capitulis literis provisionibus et cartis regalibus et imperialibus ac alijs quibuscumque nec non prout sicut per eos et quemlibet ipsorum per constituciones instrucciones observancias pratica et Leges eorum tam scriptas quam non ac si de verbo ad verbum et distincte in presenti privilegio esset declaratum licet non sit. prout et sicut ac quemadmodum faciebant exercebant et utebantur temporibus preteritis et adhuc utuntur. et in ea possessione semper eos permanere volumus et mandamus ac intelligantur et numquam ab eo accioni (*sic*) possint qua erant et sint ad presens. et contra eos in specie aut in genere per vos aut aliquem vestrum contra tenorem eorumdem privilegiorum rescriptorum capitulorum literarum provisionum et graciarum eis concessorum ut supra et noviter per maiestatem nostram concessarum et concedendarum ac que et in derogacionem earum consuetudinum constitucionum instrucciouum et observancie pratice ceremonie leges tam scriptarum quam non in aliquo contraventum fuerit et contra eos in specie aut in genere processum illud ad pristinum revocetis et revocari mandabilis effective. cum nos per presentes revocamus et annullamus et ad pristinum reducimus. Et propterea volentes omnino et inconcusse predicta omnia et singula ac presentem nostram confirmacionem et graciam observari facere per quoscumque sub regia nostra bona fide vobis et unicuique vestrum dicimus et mandamus expresse omnes tamen personas ecclesiasticas hortantes quatenus sub incursu nostre indignacionis et ire penaque mille unciarum a contrafacientium bonis exigenda et nostris herarijs applicandarum tenore presentis nostre concessionis et gracie seu confirmacionis per vos et quemlibet vestrum fideliter actente ea omnia et singula teneatis firmiter et ad unguem observetis teneriique et observari facialis per quoscumque iuxta ipsorum ut supra expressorum tenorem et continenciam pleniorem. secus enim agendi omnem a vobis tollimus potestatem et si contrarium fiat irritum et inane ac nullius efficacie iunc esse volumus decernimus et mandamus ipso iure nulla excusacione iuridica nec illicita admittenda. ex quo fuit et est nostre firmissime voluntatis et intencionis non obstantibus quibusvis provisionibus literis et mandatis in contrarium forte factis et quomodolibet faciendis sub quacumque verborum forma non obstante quod de verbo

ad verbum esset in eis presens provisio nostra expressa et denotata quas nunc pro tunc et e converso declaramus et volumus ipsas subreticias et contra voluntatem nostram inconcusse factas per inadvertenciam. In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus nostro comuni sigillo negociorum sicilie impendenti munitum. Dat. barchinone die xxii decembris octave indictionis anno a nativitate domini m°cccc.xvm° regnique nostri navarre anno tricesimo quarto aliorum vero regnorum nostrorum anno secundo. Rex Iohannes. Dominus rex signata iam mandavit mihi dominico decho et viderunt eam andreas Cathala locumtenens thesaurarij generalis et Iacobus pauli advocatus fiscalis domini regis et proconservatore sicilie cui fuit commissa ut eam videret. Et proinde humiliter supplicatum ut privilegium ipsum et omnia et singula in eo contenta eisdem Iudaycis et unicuique ipsarum teneri et observari nostris executorijs literis mandaremus. propterea volentes ut tenemur regijs obediri mandatis vos prelatos et ecclesiasticas personas requirimus et hortamur vobisque alijs dicimus et mandamus expresse quatenus eisdem Iudaicis et unicuique ipsarum et Iudeis privilegium regium preinsertum et omnia et singula in eo contenta exequamini teneatis et inviolabiliter observetis ac teneri et observari per quoscumque faciatis iuxta eius continenciam pleniorem contrarium nullatenus temptaturi sub penis superius expressis non obstante quod sit elapsus annus in quo non fuit facta exequtoria dicti privilegij quoniam non ex negligencia ipsarum Iudaycarum sed certo impedimento non fuit expedita dicta exequtoria infra annum. Dat. in urbe felici panormi die x° mensis Ianuarij xv^e indictionis m°cccc.xvii° Lop ximen durrea.

Vidit Christofarus.

Dominus vicerex mandavit mihi Iohanni de crapanczano et vidit eam Christofarus.

R. Cancelleria, Vol. 119, p. 90^r.—*R. Conservatoria di Registro*, Vol. 46, pag. 21.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

CDXCIX.

Palermo, 4 Febbrajo 1467, Ind. XV.

Il vicere Lop Ximen Durrea permette alla giudaica di Trapani di vendere a Giovanni de Requisens onze trenta annuali, affine di avere da lui la somma di onze trecento da mettere in conto delle onze cinquecento offerte alla Regia Corte per ottenere una generale remissione.

Ioannes etc.

Vicerex etc. Magnifico et nobilibus eiusdem regni magistro Iusticiario magistris racionalibus magistro secreto thesnurario et conservatori regij patrimonij locumtenenti in officio magistri Iusticiarij et Iudicibus magne regie curie advocato et procuratoribus fiscalibus et ceteris officialibus eorumque locatenentibus et alijs personis ad quos spectet et presertim Capitaneo prefecto Iudicibus et iuratis viecsecreto ac universis et singulis officialibus et prothis Civitatis drepani presentibus et futuris consiliarijs et fidelibus et dilectis salutem. Ad supplicacioni ad nui humiliter facta per parti di li proti et maiorenti di la iudeca di la dicta chitati di trapani nomine Iudaice predicte chi pro solucione et in compotu di li uncij chinquichentu debiti per la prefata iudeca di trapani ala regia curti per la remissioni per nui nomine regie maiestatis novissime concessa in genere et in specie a tucta la dicta Iudeca et soi particulari ci conchidissima et dassimu licencia di fari actendiri et observari la vendicione infrascripta declarata per tenuri di la presenti. considerato chi tendi in servicio di la regia maiestati et generali beneficiu di la prefata iudeca. de certa nostri sciencia et expresso ac cum matura deliberacione di lu sacru regiu consiglu havimu conchessu et conchedimo ac damu licencia facultati auctoritati et bastanti potestati ali predicti prothi et maiorenti che intervenenduchi cum loru da quaranta in chinquanta vel circa iudei di la dicta iudeca tuti libere et impune pozanu vindiri et vindanu nomine et ex parte prefate Iudaice Civitatis drepani per imperpetuum cum pacto tamen seu gracia luendi sive relemendi quandocunque uncie di auru trenta di annua reditu sive uncie xxx di auru solvende annuatim in fine mensis augusti

cuiuslibet anni in et super tucti qualsivogla imposicioni sive cabelli raxuni proventi dritti renditi et beni presenti et da veniri di la prefata Iudeca alu nobili et dilectu regiu consigleri misseri Ioanni di Rechesens unu di li mastri racionali di quistu regnu et per ipsu misseri Iohanni et soi in perpetuum heredi et successuri per prothu et nomu di prothu di uncij di auru trichentu da pagari in munita currenti terciala per la dictu misseri Ioanni per nomu et parti di la Iudeca di eza per tuctu li quindichi di lu misi di mayu proxime sequentis alu nobili et dilectu regiu consigleri misseri antoni Sin comu regiu thesaurario di quistu regnu per parti di la regia Curti oy a cui per parti di la regia Curti cumandiremu hi siano assignati per lu dictu misseri Ioanni. et che per tucti et chasquidunu di li dicti cosi et facendi ac per quissi di actendiri et inviolabiliter observari li prefati vendituri per nomu et parti di la predicta Iudeca et in loru nomu propriu poczanu et vaglanu ypotecari et obligari tutti et qualsivogla beni mobili et stabili et sese moventi ac renditi et beni di la dicta Iudeca et signanter ac specialiter li supradicti renditi et proventi sive imposicioni et cabelli et altri soj raxuni et beni presenti et futuri et pro hijs prestari et dari per securitati di lu dictu misser Ioanni soi heredi et successuri per plegiu octu dicti vel dudichi Iudei particulari di quissa Iudeca li quali vurranu per la dicta Iudeca intercediri et plegiari. Et pro predictis omnibus et singulis li dicti vendituri poczanu et voglanu per nomu di la prefata Iudeca a lu modu supradictu fari et firmari cum lu dictu misseri Ioanni qualsivogla contractu instrumentu scripturi puplici et privati cum tucti et singuli pacti clausuli obbligacioni renunciacioni et iuramenti hi a lu dictu accataturi per securitati et cautela sua et di li soi heredi et successuri parranu necessarij oportuni. et super omnibus predictis et quolibet ipsorum et signanter che lu dictu misseri Ioanne licet sia mastru racionali et officiali di la regia Curti poza tute libere et impune accactari et conseguiri li dicti annui renditi ut supra dispensamu de nostri certa sciencia et expresse et volimu hi sia dispensatu per la presenti. et pertantu comandamu per hanc eamdem a vui et chasquidunu di vui hi a li supra dicti contrahenti et loru successuri digiati la presenti nostra concessioni ac licencia et provisioni nec non omnia et singula desuper menczionata actendiri tiniri et inviolabiliter observari per chascunu et non chi contraveniti ne permictiri essirinchi contravenutu per quantu teniti cara la gracia di lu signuri re et desiderati evitari la ira et indignacioni di sua maiestati et pena di milli florini di applicari a

In regia fiscu. Dat. panormi die quarto februarij xve Indicionis a° cccclxvii°. Lop ximen durrea.

Dominus vicerex mandavit mihi Stephano mori.

R. Cancelleria, Vol. 119, pag. 99.

D.

Palermo, 18 Marzo 1467, Ind. XV.

Il vicerè Lop Ximen Durrea provvede che fra Giovanni di Pistoja dell'ordine dei predicatori possa obbligare tutti i giudei di Sicilia ad assistere alle sue prediche.

Ioannes etc.

Vicerex etc. Magnificis et spectabilibus magistris racionalibus eiusdem regni magistro portulio magistro secreto thesaurario et conservatori regij patrimonij secretis insuper et magistris procuratoribus quarumvis civitatum et terrarum dicti regni capitaneis iuratis ac custodibus cabelloctis secreciarum et alijs officialibus et personis quovis nomine nuncupatis et iurisdicione ac officio fungentibus presentes spectabunt et presentate fuerint nec non Illustri et spectabilibus marchioni comitibus baronibus et alijs nobilibus et generosis viris ad quos seu quem infrascripta pertinere noscuntur consiliarijs et fidelibus regijs dilectis salutem. maximi semper fuit apud nos christiana religio qua nil videtur nobis a deo optimo maximoque et immortali in terris relictum prestabilius nichil illustrius nichil ad bene beateque vivendum acomodacius. qua sublata non intelligimus quo possit pacto constare humana societas. quod cum ita sit precipua veneracione digni sunt religionis patres atque hij qui egregij precones et preclari tubicines dei omnipotentis verbum et christi optimum evangelium seminant ac fidei et bonorum operum seminarium mentis mortalium inserunt. inter quos cum venerabilis frater Iohannes pistoriensis rarissimus et excellentissimus qui habetur dignus nobis visus est quem favoribus prosequamur et gracijs nostris foveamus. sane eius vite sanctimoniam prestanciam morum religionis

observanciam theologie periciam et sacri evangelij doctrinam et plurimas animi insignes dotes ne dum uberibus et completissimis testibus intelleximus sed ipsique vidimus et audivimus. itaque pro aliquo nostre erga eum benevolencie argumento et sue virtutis testimonio per presentes puplicas licteras nostras vobis et singulis vestrorum dicimus et strictius quo possimus tradimus in mandatis quod compelletis et astringatis quoscumque Judaice pravitatis hebreos tam mares quam feminas ad ipsius sacri evangelij auditorium ubi nichil violencie nil contumelie sint accepturi. Et forte sacri verbi fidei veritas et spiritus santi gracia eorum mentibus illabetur. caventis a contrario si ultra regie ire et indignacionis iacturam penam mille regalium auri cupitis non incurrere. quam eciam penam similiter incurrere declaramus Judeos qui ad audiendum evangelij verbum ob suorum privilegiorum et concessionum collorem accedere recusaverint. nam eorum privilegijs non obstantibus ad ipsius evangelij verbum profecturos accessurosque mandamus penamque fisco regio applicandam et inremissibiliter a Judeis ipsis exigendum mandavimus si secus egerint. preterea precipimus vobis dictis officialibus ut eundem fratrem Johannem virum venerabilem per diversas orbis partes ilec facientem cum socijs decem equestribus vel pedestribus suis cum equis et animalibus libris vestibus impedimentis sarcinulis rebus et bonis quibuscumque absque ulla inquisicione rerum et sarcinularum et valigiarum suarum per omnes dicti regni civitates oppida portus et carricatoria passus pontes et loca sine aliculus vectigalium dacij pedagij et ultime exiture ac alia solucione quacumque semel et pluries omni amoto impedimento reali et personali libere et expedite terra et mari ire transire morari pernoctare divertere redireque permictatis et penitus paciamini. eisque providentis de licteris de itinerum directoribus et ceteris opportunis prout opus fuerit requirendumque duxerint et in omnibus ex animo carissimos benigne accipiatis favorabiliterque tractetis ac amice suscipiatis comendatos gravissimum postremo habituri quidquid officij eisdem collatum fuerit contrarium eorumque vobis tradimus in mandatis minime temptetis seu facialis aut per aliquem temptaturi nec fieri permictatis si prementionalam penam ultra aliam graviorem nostro arbitrio reservatam cupitis evitare. Dat. in urbe felici panormi die xviii° marcij xv indicionis a°cccclxvii. Lop ximen durrea.

Dominus vicerex mandavit mihi
Luce pullastra.

R. Conservatoria di Registro, Vol. 46, pag. 25.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

DI.

Palermo, 21 Marzo 1407, Ind. XV.

Il vicerè Lop Ximen Durrea dirige una prima lettera di cambio ad Antonino Sin tesoriere del Regno per pagare e compire a la usanza *a Beniamino Romano giudeo di Siracusa duecento fiorini terugiati di moneta del regno di Sicilia, per duemila e quattrocento soldi di moneta di regali di Valenza dati per ordine e comandamento del re nelle parti di Catalogna a Guglielmo Peralta regente la regia tesoreria.*

R. Cancelleria, Vol. 117, pag. 238.

DII.

Palermo, 1 Aprile 1407, Ind. XV.

Il vicerè Lop Ximen Durrea ordina che i giudei Merdoch Cugno, Musa Xacca, Sadono Salsi, Lucio Sami, Daniele Actani, Manuele Muxarella, Lia Sansone ed altri paghino (a conto delle onze 500 che a nome proprio e della giudaica di Catania si obbligarono di dare alla R. Corte) a Guglielmo Aintamicristo onze centosessanta per avere fornito alla R. Corte seicento salme di frumento, alla ragione di tarì otto la salma.

R. Cancelleria, Vol. 117, pag. 238.

DIII.

Palermo, 4 Giugno 1407, Ind. XV.

Il vicerè Lop Ximen Durrea assegna a Raimondo de l'Isola onze ventidue annuali sulla gisia della giudaica di Sciacca; sono quelle stesse assegnate a Nicolò de Militano per se ed un suo erede in iscambio delle onze ventidue che primieramente gli erano state assegnate sulla secrezia di Palermo. Morto il detto de Militano, quell'assegno pervenne ad Eleonora sua moglie, la quale per autorità regia lo rinunziò a favore di suo nipote Raimondo.

R. Conservatoria di Registro, Vol. 46, pag. 162.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

DIV.

Monreale, 15 Luglio 1467, Ind. XV.

Il vicerè Lop Ximen Durrea permette all'Arcivescovo di Messina di battezzare i figli degli schiavi dei giudei e di venderli a cristiani pagando il prezzo ricavato ai loro primitivi padroni.

Ioannes etc.

Vicerex etc. Reverendo in Christo Patri Archiepiscopo Messanensi Consiliario et Oratori Regio dilecto ac devoto salutem. Per obviari nui la malitia et perfidia di li Iudei di la Iudeca di quissa Nobili citati et tutta vostra Diocesi, li quali continuamenti si forzano in dispendiu Catholica fidei et persuadiri in la loru perfidia et damnationi li persuni a loru submissi, et maxime li figli di li scavi loru nati in casa, o vero accattati, di anni quattordici in circa; volenduni insuper rendiri conformi ala dispositioni di la liggi Canonica cossi ordinanti, havimo deliberato et consulte provisto, et item harum serie vi damu licentia et facultati, pozati de cactero prindiri da putiri di qualsivoglia Iudei di vostra Diocesi per vui et vostri Vicarij, subditi et commissarij, tutti figli di loru scavi in casa oy vero accattati, di etati di anni XIIII infra, ut praedicitur, et quilli battizzari et fari Christiani, et exinde li fari vindiri a Christiani per quillo prezo chi si trovera, et exindo fari consignari lu prezu ali patruni di li ditti scavi, iuxta la forma di loru privilegij; ca nui per la presenti comandamu a tutti et singuli officiali di quisto Regno, Illustri, Spettabili et Nobili Marchisi, Conti et Baruni Regni predicti et loru Gubernaturi, seu locutenenti a cui spettira, et la presenti sarra presentata, chi in praemissorum executione vi digiano assistiri et favuriri, et non inferiri obstaculu ne impedimentu alcuno, tantu a vui quanto o vostri vicarij et nuntij in quisto destinandi, sub poena florenorum mille pro quolibet Regio fisco applicandorum; a li quali contraverranno ijs seu renitentiae causa, volimo pozati excomunicari senza nostra consulta, Regni Pragmatica contrarium dictante, quo ad hoc, pro assertis respectibus quiescente. Datum in Civitatis Montis Regalis, die XVI Iulij, XV Indictionis, MCCCCLXVII. Lop Ximenes Durrea.

Dominus Vicerex mandavit mihi
Stephano Macri.

Raffaele Starrabba, *I Diplomi della Cattedrale di Messina*, N. CCLXIII, pag. 284.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

DV.

Palermo, 15 Ottobre 1467, Ind. I.

Il vicerè Lop Ximen Durrea facendo buone le giustificazioni della giudaica di Palermo contro le accuse del Procuratore del Regio fisco, accetta il donativo di onze cinquecento offerto dalla detta giudaica alla Regia Corte, e le concede una generale remissione dei delitti.

Ioannes etc.

Viceprex etc. magnifico et nobilibus eiusdem regni magistro iusticiario locumtenenti et iudicibus magne regie curie magistris racionalibus thesaurario et conservatori regij patrimonij eiusque locumtenenti nec non advocato et procuratoribus fiscalibus alijs demum officialibus et personis alijs tam maioribus quam minoribus presentibus et futuris cui vel quibus presentes quomodolibet presentate fuerint consiliarijs et fidelibus regijs dilectis salutem. Cum superioribus proximis diebus instante procuratore regij fisci per magnam regiam curiam fuerit iniunctum et mandatum prothis et maiorentibus et officialibus Iudayce felicis urbis panhormi presentibus et audientibus tam videlicet nomine eorum quam nomine totius universitatis ipsorum Iudeorum quod deberent infra terminum dierum octo prolasse et obstendisse quo iure et qua auctoritate dicti Iudei prothi maiorentes et universitas Iudeorum meschitam sive sinagogam ipsorum erexerint, et quo iure quave auctoritate magistratum et iurisdictionem exercent, et qua auctoritate Iudei utuntur officio notariatus et officio prosonetico ac officio medicandi et curandi christianos, et qua auctoritate conducunt christianos ad eorum servitia et mercedem contra divinas profeticas et humanas sanciones et contra regias sanciones et decreta fueritque etiam iniunctum eisdem quod infra terminum dictorum dierum octo deberent dare in scriptis et presentare magne regie curie omnia nomina servorum tam emptorum quam vernarum quod vulgo dicitur nati in casa, nec non deberent infra spatium dictorum dierum octo dicere omnia nomina servorum et servarum quos et quas alienaverunt et transportaverunt ab anno uno ucusque quoquo titulo et in quas personas quod nullo modo de-

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

berent alienare dictos servos et servas. alijs dictis terminis elapsis et eis contravenientibus procederetur contra dictam universitatem et dictos ludeos tam in comuni quam in particulari. et contra eos et bona eorumdem prout iuris fuerit et rationis. et reservata eidem procuratori Regij fisci propositione quantum ad alia crimina. cum eadem iniunctione in scriptis facta dictis ludeis etiam continebatur quod ludei ipsi usurpantur et usurparunt iurisdictionem et eamdem exercent curiam regendo ac iurisdicionalia exercendo carcerando et carcerari mandando debitores et reos coram eis litigantes. et officia exercent ita inter christianos ut inter ludeos tam videlicet dicta arte medicine quam prosonecticum publicum et notariatus conficientes contractus publicos conducendo Christianos et retinendo tam ad servicia ruralia quam domestica. quodque in creandis officialibus contravenerunt privilegijs et provisionibus per eosmet impetratis. quodque servos et servas christianos et christianas detinerunt et detinent in fraudem tunc alienaverunt et detinent. nec non filios et filias natas ex servis in domibus eorum occultaverunt et occultant ne ad sacrum baptisma venirent. imo quod deterius est servulos circumciderunt et circumcidunt et in femellas aluntur superstitionibus et ordinacionibus Judeorum. nec non in creacione officialium multas fraudes contravenciones et falsitates commiserunt contraveniendo privilegijs per eos impetratis et obtentis scruptinia et alias scripturas puplicas et privatas comburendo. et hec et alia multa committendo in contemptum fidei christiane ac sacrarum legum et canonum ac constitucionum privilegiorum et pragmaticarum tenorem sacris eciam principibus et illustribus dominis viceregibus multa obripiendo eciam sacratissimis summis pontificibus. prout hec lacius et diffusius exarantur et declarantur in dicta iniunctione in scriptis facta per magnam regiam curiam olim die octavo octobris presentis mensis prime indictionis instantis. tamen exinde per ipsos maiorentes et prothos tam eorum nominibus proprijs quam nominibus et pro parte ipsius Iudaice dicte urbis tam in genere quam in specie fuerunt presentata et exhibita multa privilegia et scripture tam divorum retro regum et principum regni huius potissime divi recordij et memorie immortalis Alfonsi Regis nec non sanctissimi domini nostri pape et retro summorum pontificum quibus se iuvare posse pretendebant adversus peticionem et iniunctionem sibi factam per dictam magnam regiam curiam ad istanciam procuratoris regij fisci. allegando quod in possessione seu quasi dictorum privilegiorum et facultatum fuerunt et erant a multis annis citra. sicque usi fuerunt et uti consueverunt privilegijs

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

predictis et facultatibus tum scilicet circa exercitium dicti magistratus ac iurisdictionis et exercitium officij notariatus et officij personetici officij medicandi et curandi christianos nec non erigendi eorum sinagogam et orandi eamdem. de quibus apparent regia privilegia et ex antiqua consuetudine et observancia ac tollerancia soliti sunt christianos conducere ad eorum necessaria et per retro principes fuisse eisdem concessa privilegia confirmantia eorum consuetudines et observancias. et cum de huiusmodi causis alias dicta universitas Iudeorum et Iudei et in specie et in genere fuissent inculpati per Reverendum dominum Iacobum xarch apostolicum et regium commissarium ab huiusmodi vexactionibus fuerunt exinde permissi et tolerati tam per sanctissimum dominum nostrum Papam et pro eo per dictum apostolicum Commissarium et per dictum Alfonsum regem et vicereges qui pro tempore fuerunt ac huiusmodi privilegia consuetudines observancie et usus per eamdem maiestatem confirmata et acceptata fuerunt. prout et quemadmodum in eisdem privilegijs lacius est videre. nec esse verum affirmabant quod in creandis officialibus contravenerunt privilegijs et provisionibus per ipsosmet impetratis. nec servos et servas christianos vel christianas detinuerunt nec alienaverunt in fraudem curie nec detinent. nec filios vel filias natos et natas ex servis in domibus eorum occultarunt ne ad sacrum baptisma venirent. nec servulos circumciderunt nec soliti sunt circumcidere. nec in femellas utuntur superstitionibus et ordinacionibus eorum. nec in creacione officialium fraudes contravenciones et falsitates commiserunt contraveniendo privilegijs ipsorum. nec scruptinia et alias scripturas publicas et privatas comburendo nisi ex voluntate et provisione illustris domini viceregis quoad scrutinia postquam officiales sunt declarati et creati ne inter iudeos oriatur invidia odium et malignandi nascatur occasio pro beneficio publico ipsorum iudeorum. sed huiusmodi crimina et delicta eisdem Iudeis et universitati ipsorum fuerint et sunt obiecta per aliquos eorum malivolos et inimicos et si quid forte per eosdem iudeos et universitatem predictam in et circa premissa que per huiusmodi eorum privilegia scripturas et provisiones ac consuetudinem et usum eorum antiquitus ut provisum atque permissum fuerit inadvertenter indebite commissum quod de iuris subtilitate substentari forte ne possit. tamen excusari debent auctoritate dictorum privilegiorum indultorum et facultatum eis attributorum ex antiqua et inveterata consuetudine et usu tamquam eciam tollerati per principes regni huius et eorum officiales et sanctissimos apostolicos. de quibus per se et eorum offi-

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

